# Memoriale pro Petro Estier.

Dicat Henrico Stephani si excudere velit Nicephorum grece, Item et Zonaram à Wolffio versum. quod sperem me impetraturum et missurum ipsis.

Indicabit etiam me ex grecia nactum integrū Dionysium Areopagitam ante annos supra 600. scriptum, cum figuris antiquissimis Areopagi. Baptismi Dionysij ordinatione et decollatione eiusdem, cum glossis optimis. et quod curem conferri cum impresso, quod multa desint impressioni. Si velit excudere mittam. et nihil peto pecuniarum pro his omnibus: sed librorum grecorum quos impressit hactenus exemplaria duo. Et quod non desistam ornare pro viribus meis ipsius typographiam. Expectare etiam me ex grecia per oratores Regios optimos authores. qui iam sint pro me comparati. Si de hisce rebus ad me Henricus Stephani scribat accipiet responsum, et subinde plenā informationem. ~~Indicem Bibliothecę Augustanę~~

Epistolas Ignatij Grecas habet Gesnerus. et eas debet vertere, sed obruitur alijs occupationibus. et idcirco si Stephanus velit ad se recipere, et grecas cum Latinis edere: quod facturus sū ipsi potestatem.

Crispino dicet si velit excudere Brucioli versus Italicos elegantissimos ad Imitationem Petrarchę Intitulatos Dello amor diuino. quod sim ipsi missurus. Iustum opus conficient:

Libros ad me spectantes mittat huc ad Zimmermannum et si velit scribere faciat inscriptionem.

Lr̃as suas inscribat.

Nobili et docto viro Gasparo à Nydbruck Jurisc.
Sacrę Reg: Rom: etc. M^tis et Serenissimi D^ni
Maximiliani Bohemiæ Regis. etc. consiliario.

Viennæ.

Ipso absente reddantur lr̃æ mgri
Solutissimum D^no Petro Haller.

Memoires von Mons^r de
Docteur Gaspard de nidbruck
[illegible]
[illegible]
Nidbruck.